

ti; exemplo filij Dei qui contra Phari-  
 sæos & Scribas Hierosolymitanos ve-  
 hementer disputavit; exemplo Johan-  
 nis Evangelistæ, qui suum Evangelium  
 contra Ebionem & Corinthum; Apo-  
 calypsin autem contra falsam Ecclesiã  
 Nicolaitarum & alios consignavit; ex-  
 emplo B. Pauli qui dogma de justifica-  
 tione per fidem, de bonis operibus, de  
 resurrectione mortuorum, deq; liber-  
 tate Christiana & similibus, adversus  
 Pseudoapostolos gravissimè defendit;  
 exemplo Sanctorum Episcoporum &  
 Patrum Ecclesiæ primitivæ, qui adver-  
 sus paganas superstitiones & Hæreti-  
 cos multa solidissimè conscripserunt,  
 & in Oecumenicis cōcilijs ab Impera-  
 toribus Christianis collectis, hæreti-  
 corum principes & patriarchas Arriũ,  
 Macedonium, Nestorium, & Eutyche  
 condemnaverunt; exemplo denique  
 Herois incomparabilis B. Martini Lu-  
 teri cujus scriptis polemicis quantum  
 Papatui & alijs Hæreticis fuerit dero-  
 gatum, clarius est luce meridiana. Ma-  
 neat ergo contra Hæreticos & Sectari-  
 os scribendum, cōcionandũ, & dispu-  
 tandum esse, ut constet doctrinæ puri-  
 tas & veritas religioni, juxta Apostolũ,  
 qui

*Dispu-  
tationis  
necessi-  
tas.*

qui